



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. Heluetia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

tur, *la Finlan-*
de.

CARBONES Carelliam obtinere, & regio-
nem inter lacus Ladogam, & Onegam.

- | | | |
|---------------------|--|--|
| M I-
NO-
RES | E X-
T R A | BURCHANA Plinij Fabaria à Romanis dicta à si-
militudine frugis illic provenientis; Burchanis
Straboni & à Drufo orasillas legente subacta, ho-
die <i>Borchum</i> , seu <i>Borkum</i> , vbi visitur turris dicta,
<i>Bon-huys</i> , hoc est Fabaria domus, ita Hiero. Verru-
tius. |
| | | AVSTRANIA à Barbaris, Glessaria à Romanis:
hodie <i>Ameren</i> , quia inquit Ortelius <i>Ameren</i> Ger-
manis succinum sonat. |
| | | ACTANIA contra Albis ostium <i>Heiligeland</i> ,
tantum scopulus in presentia. |
| I N-
S V-
LÆ. | I N
S I-
N V
C O-
D A-
N O. | CODANONIA omnes Insulas huius maris à Mela
magnitudine, & fertilitate dicitur antestare, est
igitur <i>Sieland</i> . In eâ & aliquot vicinis vixere TEV-
TONES, seu Tuetoni, Æthico Theothoni, Ior-
nandi Theuthes. Cluverius putat traxisse nomen à
voce <i>Theuth</i> quæ Deum sonat, vnde postea reten-
ta significatione dicti sunt Godani, & Codani, ac
denique voce truncata Dani, quâ primum vsi sunt
Procopius, & Iornandes. |
| | | ALOCIE tres Insulæ à Ptolemæo perperam col-
locantur ad Occidentale latus peninsulae Cymbri-
cæ, Orientale scribere debuit, suntque hodie <i>Lef-
so</i> , <i>Rom</i> , & <i>Anholt</i> . |

CAPVT IV.

De Regionibus Meridionalibus adiectis Germania.

QVATVOR regiones ex Galliâ, Italiâ, Illyrico decerptæ sunt,
& additæ Magnæ Germaniæ, videlicet Heluetia, Rhætia,
Vindelicia, Noricum, quas tibi hæc tabula exhibet.

§. I. *Heluetia.*

HELVETIORVM fines assignat Cæsar Rhenum, & Rhodanum
Parall. Geogr. Tom. II. D

26 ADIVNCTÆ REGIONES GERMANIÆ,


Fl. cum monte Iurasso, sed dum longitudinem, & latitudinem huius Regionis dimetiri tentavit, more suo, à veris mensuris longius aberravit. Verius dixit eos superasse reliquos Gallos fortitudine propter crebra prælia quibus Germanos aut laceſſebant, aut repellebant: habuisse duodecim oppida, vicos ad quadringentos, hæc omnia combussisse vt novas quærent sedes, sed grandi clade prostratos, à Romanis in patriam redire compulsos esse. Strabo eos diuites auri facit, itémque latrociniis deditos ab exemplo Cymbrorum.


NVM. I. Veri Heluetij.

<p>TIGVRINVS PAGVS <i>Cantons de Zurich, Appenzel, Schaffouse, Rhinthal, &c.</i></p>	<p>Cuius incolæ se coniunxerunt Cymbris Italiam petentibus: vel potiùs montibus Italicis infederunt quasi opem Cymbris laturi, sed ignobili fugâ dissipati. Malè ex mari Germanico accersuntur à Floro. Soli L. Cassium Cos. cum exercitu deleuerunt.</p>	<p>TIGVRVM vel Turigum: <i>Zurich.</i> Fines: <i>Pfzn.</i> Vitodorum: <i>Vinterthur.</i> Arbor felix: <i>Arbon.</i> Lacus Brigantinus, aliter Venetus, Hydrius Erythræo, nunc Podamicus: <i>Lac de Constance, ou Podmen.</i> Lacus Acronius, hodie inferior & Cellensis: <i>le Lac de Cell.</i></p>
---	---	--

<p>TVGENVS PAGVS <i>Cantons de Zug, Glarus, Schunitz, & Uri.</i></p>	<p>Incolæ dicuntur <i>Tobyenoi</i> à Strabone, & cū Ambronibus cæsi sunt ad Aquas Sextias.</p>	<p>TYGIVM: <i>Zug.</i> Aquæ Helueticæ <i>Baden</i>, quem locum accuratè descripsit Tacitus.</p>
---	--	--

<p>AMBRONICVS PAGVS <i>partie du Canton de Fribourg, celui de Lucerne,</i></p>	<p>Cuius Gens prædationibus viuere solita erat: quare turpis vitæ homines apud Romanos Ambrones: victi sunt cum Teutonibus ad Aquas Sextias; lege</p>	<p>Vindonissa, seu Vindones: <i>Vindisch.</i> Vocetius Mons cuius nomina perdurant in vicis <i>Bozen, & Bosberg.</i> Salodurum, Saloru-</p>
---	---	---





28 ADIVNCTÆ REGIONES GERMANIÆ,

Berne, & Vnder-
ual.

de iis Plutarchum in
Mario. Malè Festus ait
eam Gentem eluui-
ne maris regionem
suam perdidisse.

rum Antonino: So-
leure.

Arola Fl. Aar.

Amma Fl. Emma.

Alpes Penninæ.

VRBIGENVS
PAGVS

la Principauté de
Neufchâstel, la plus
grande partie du Can-
ton de Fribourg, & du
pays Roman.

Nomen habet ab vr-
be Urbâ, vel Fluuio,
& malè dicitur apud
Cæsarem pagus Ver-
bigenus.

Auenticum Colo. Flauia dicta quoniam
à Tito reparata est: *Vvisflisbourg.*

Minodurum, seu Minodum: *Milden,*
Gallicè Mouldon.

Colonia Equestris *Nion* ad lacum, vn-
de in Notitia dicitur Col. Equestris hos-
est Nouidunum.

Viromagus, seu Bromagus: *Bro.*

Laufana: *Lozane.*

Eburodunum: *Yuerdon.*

Petinisca: *Biel.*

Urba *Orbe*, ad Fl. cognominem.

Murus Cæsaris, vbi nunc castrum Vir-
ginis: *le Chasteau de la Pucelle.*

NVM. 2. Adiecti Heluetiis.

RAVRA-
CI, *Eues-*
ché & Can-
ton de
Basse.

aliter Raurici, consilio saepe
cum Heluetiis coniuncti, vt
liquet ex Cæsare: apud Stra-
bonem lib. 4. cum Heluetiis
confunduntur, nam post
Heluetios ponit Medioma-
trices.

Arialbinum, postea
Basilia: *Basse.*

Augusta Rauraco-
rum, aliter Rauracum
& Colon. Augusta.

Augst vicus.

NANTVA-
TES, *la par-*
tie basse du
pays de Vaux.

apud quos Cæsar
duas legiones
collocavit, hos
vocat Gallos, Li-
uius lib. 31. Semi-
germanos.

Agaunum, à saxo sic dictum
nam linguâ Gallicâ Agaunum
saxum sonat, antea Ternadæ:
S. Maurice.

Penni lucus, Ioui Sacer, *No-*
nille.

Bibisco, seu Viuisco: *Vi-*
uey.

VERAGRI { Quos Dio cum Nantuatibus confundit; extendit enim eos ad Lemanium vsque lacum. } { Octodurus Veragrorum vicus: *Martinach*, seu *Marrigni*. Summus Penninus, seu Pennini vertex, vbi Iupiter colebatur. Irridet eos Linius qui à transitu Penorum dictum putat.

SEDUNI { Ad quos Cæsar partem copiarum præmisit ad facilem Alpium transitum, quoniam hæc nonnisi ægrè mercatores transibant, persolutisque magnis portoriis. Hic Pennina Vallis. } { Sedunum: *Sion en Valais*. Rhodanus Fl. cuius hic validus occurfus, postea tamen leniter fluit: *le Rhofne*.

LATOBIRIGI { Coniuncti cum Heluetiis in expeditione Cæsarianâ, coactique in agrum suum redire satis feracem: Hic quoque Pennina vallis. } { Latobriga: *Latbrige*, vicus.

§. 2. *Rhætia.*

AMPLISSIMA Prœvincia extensa ad Brigantium lacum, Rheni Fontes, & Veronam urbem. Quomodo discreta fuerit à Vindelicia, & quandonam huic coniuncta, atque separata non est facile statuere, siquidem auctores hic variè loquuntur, & verò etiam repugnant sibi. Nam cum Tacitus Rhætos à Vindelicis distinxisset, ait Oenum Fl. inter Rhætos & Noricos decurrere, insuper Augustam Vindelicorum nobilissimam Rhætorum Coloniam dixit. Origine fuerunt Thusci huius Regionis incolæ, qui Rhæto duce eò commigrarunt Iustino teste.

RHÆ-LIN-GI, { Heluetiis in expeditionibus coniuncti: cur autem in Rhætia collocemus efficiunt oppida illorum, nunc Rhætorum præcipua. Refert Cæsar ar- } { Curia: *Coire*, seu *Chur*. Clunia: *Felat Kirchen*. Tinnetio: *Tinnetzono*, seu *Tintschè*. Taxgatiur: *Täuesch* } { Rheni fons duplex. }
D iij